

6-5 5

23

~~scribble~~



EN Sevilla, en ocho de Noviembre de mil seiscientos y noventa años, ante el señor Doct. D. Fráncisco Domóte y Verastegui, Dean, y Canonigo en la Santa Iglesia Metropolitana de dicha Ciudad, Juez Sinodal en ella, y su Arçobispado, y Apostolico conservador de el Hospital de la Sangre, extramuros de dicha Ciudad, la presentó el contenido.

Don Mateo de Escobar, Presbitero, Administrador del Hospital de las cinco Llagas de N. Señor Jelu Christo, que bulgarmente llaman de la Sangre, extramuros desta Ciudad, como mas aya lugar. Parezco ante V.S. como Juez Conservador, que es de dicho Hospital: Y digo, que el dicho Hospital tiene en su Archivo la Bulla de la Conservaturia, concedida por la Santidad del Señor Julio Tercero de gloriosa memoria, y necesita vsar de ella, para diferentes negocios, y tiene inconveniente el copiarla de mano, por estar la letra muy dificultosa de leer, por el transcurso del tiempo; para lo qual hago exhibicion de ella ante U.S. A quien pido, y suplico, mande que el presente Notario la copie, y la copia que de ella se sacare, juntamente con esta Peticion, y Auto, que por V.S. se proveyere, se lleve á la Imprenta, y se impriman los traslados que yo pidiere, y estos se me entreguen autorizados, para guarda del derecho del dicho Hospital, interponiendo V.S. en todo su autoridad, y judicial Decreto. Pido justicia, &c. Mateo de Escobar.



A V T O.

Y Assi presentada la dicha Peticion, y vista por su Señoria el señor Dean, Juez Apostolico Conservador de dicho Hospital, juntamente con la dicha Bulla original, y que por ella parecc, y consta estar sana, y entera, no rota, ni cancelada, ni en parte alguna sospechosa: mandó à mi el infrascripto Notario, laque vn traslado, dos, ò mas, de la dicha Bulla original, y signados, y en publica forma, y manera que hagan fee, los entregue á la parte de dicho Hospital, para el efecto que los tiene pedidos, y assi lo proveyò, y mandó, y firmó. Doct. Domonte. Lic. Don Andres Palomo Curado, Notario Apostolico.

EN cumplimiento de el Auto proveido por el señor Dean, Juez Apostolico, Conservador de el Hospital de las cinco Llagas de N. Se-

N. Señor Jesu Christo, que vulgarmente llaman de la Sangre, extramuros de esta Ciudad. Yo Lic. Don Andres Palomo Curado, Notario Apostolico, Secretario de dicho Hospital, y habitante en el, hize sacar este traslado de la dicha Bulla, su tenor del qual es como se sigue.



Vniuersis, & singulis presentes literas, siue presens publicum, & autenticum processus instrumentum viluris, lecturis, parit er, & auditoris, ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos presentes nostrae literae pervenerint, omnibusque alijs, & singulis quorum interest, intererit, aut inter esse poterit quomodolibet in futurum, quibuscumque nominibus censeatur, & quacumque prefulgeant dignitate, vel autoritate etiam Apostolica, vel imperiali, aut regia fungantur. IOANNES BAPTISTA CICADA, Dei Apostolicae Sedis gratiae, Episcopus Albinganens. Sanctissimi Domini nostri Papae, ac curiae causarum camerae Apostolicae generalis Auditor, Romanaeque curiae iudex ordinarius, ac literarum Apostolicarum vniuersalis executor a sede praedicta generaliter deputatus: salutem in Domino, & nostris huiusmodi, immoverius Apostolicis firmiter obedire mandatis, literas sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri domini IULII diuina providentia Papae Tertij informa, rationi congruit. &c. Expeditas, vnas videlicet gratiosas cum filis sericeis rubei croceique colorum, alteras vero executorias cum cordula canabis eius veris bullis plumbeis more Romanae curiae impendentibus bullatas: sanas siquidem, & integras. non vitiatas, non cancelatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspitione carentes, vt in eis prima facie apparebat: nobis pro parte dominorum aekonomi, Administratorum, Protectorum & personarum Hospitalis Quinque Plagarum Hispanens. principalium, in eisdem literis Apostolicis, principaliter nominatorum coram vno ex dictae nostrae curiae Notarijs, & testibus infra scriptis praesentatas: nos cum ea qua decuit reuerentia noueritis recepisse huiusmodi sub tenore. Quarum quidem literarum scilicet executoriae in qua gratiosae insertae existunt tenor sequitur, & est talis. IULIUS EPISCOPUS servus servorum Dei. Dilectis filijs Cordubens. & Gadicens. Ecclesiarum Archidiaconis, ac officiali Gadicens. salutem, & Apostolicam benedictionem. Hodie a nobis emanarunt literae tenoris subsequentis. IULIUS EPISCOPUS servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea, quae de Ro-

ma-

mani Pontificis processerunt gratia, licet eius superveniente obitu literarum Apostolicarum super illis confectarum non fuerint, suum consequantur effectum. Dudum siquidem postquam felicis recordationis LEONI Papae X. praedecessori nostro pro parte quondam Federici Enriquez de Rivera Marchionis de Tarifa, dum in humanis ageret, exposito, quod antea quondam Catharina etiam de Rivera ipsius Federici Marchionis, dum viueret, genitrix, de Apostolicae Sedis licentia in Ciuitate Hispaleñ. vnum Hospitale pauperum sub invocatione Quinque Vulnerum Domini nostri Iesu Christi, in quo pauperes reciperentur, & curarentur, de bonis sibi a Deo collatis, construi, & aedificari fecerat ac ipsum Hospitale & illius capella, necnon pro tempore existentes capellani, & ministri sub patrocinio Priorum sancti Hieronymi, & sancti Isidori, ac Beatae Mariae de las Cuevas extramuros Hispaleñ. eiusdem sancti Hieronymi, & Carthusieñ. respectiue ordinum permanerant, & tunc permanebant: dictus praedecessor quod omnes, & singuli vtriusque sexus Christi fideles, etiam quorumvis ordinum regulares, qui post septimum Kal. Julij Pontificatus eiusdem praedecessoris Anni Domini Capellam praedictam in festo Sancti Gregorij Papae a primis vesperis, vsque ad occasum Solis eiusdem festi devotè visitarent annuatim, ac in eorum de m pauperum subsidium manus porrigerent adiutrices, ac pro salute animarum dictae Catherinae fundatricis, & illius maiorum defunctorum, ac successorum, & quandiu ipsi successores in huiusmodi humanis agerent statu, angelicam salutationem, & orationem Dominicam ter recitaret, plenariam indulgentiam, & remissionem omnium peccatorum suorum de quibus corde contriti, & quae ore confessi forent, consequerentur, & quod illis, ex animabus in purgatorio existentibus, quae Christo in charitate unitae ab hac luce migrassent, pro quarum singulis capella praedicta in dicto festo Sancti Gregorij visitaretur, & aliquid in subsidium praedictum erogaretur, ac salutatio & Dominica oratio huiusmodi, ut praefertur recitarentur, plenaria indulgentia huiusmodi, pro plenissima relaxatione paenarum, quibus secundum diuinam iustitiam essent expositae, per modum suffragij opituleretur: & quod Priores praefati aliquem, vel aliquos Confessores, Presbiteros, Seculares vel cuiusvis Ordinis Regularis in numero, de quo eis videretur, deputare, & ipsi Confessores per octo ante, & totidem post dictum festum dies in dicti Hospitali confessiones eorundem Christi fidelium vtriusque sexus, etiam Religiosorum ad eos recurrentium audire, & illos ab omnibus eorum peccatis, praeter quam contentis in Bulla Coenae Domini, absolvere valerent statu-

tuc.



tuerat per quosdam: & piæ memoriæ Clemens Papa VII. etiam præde-
cessor noster, supplicationibus eiusdem Federici Marchionis in ea par-
te inclinatus, quod ipsi visitantes post annum Jubilei, etiam si in festo,
& sexdecim diebus prædictis non confiterentur, dummodo tunc ha-
berent propositum tempore ab Ecclesia ad id statuto confitendi, & ipso
tempore statuto, confessori per eorum quemlibet eligendo, peccata
sua confiterentur, dictam indulgentiam consequerentur, & si saluatio,
& oratio prædictæ animæ eiusdem Catherinæ necessariæ non forent,
certis alijs tunc expressis animabus suffragarentur. Ac ipsi Christi fide-
les visitantes post dictum annum in ipso festo aliquam ex Ecclesijs per
dictos Priores in ciuitate prædicta & tota Diocesi Hispalensi, ad id pro
tempore nominandis, & certam elemosynam pro dicto Hospitali elar-
gientes, & mittentes, ac salutationem, & orationem recitantes, ac confi-
tendi propositum huiusmodi habentes, vt præfertur eandem plenariam
indulgentiam consequerentur. Ac Hospitale prædictum, eiusque offi-
ciales, familiares, domestici, commensales, seruitores, etiam salariati, pro-
curatores, factores, aduocati, & aliæ personæ illiusque, & eorum bona
omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, indulgen-
tijs, etiam plenarijs, gratijs, concessionibus, & indultis Compostelañ. &
Sanctæ Mariæ de Gratia Celaraugustañ & Cardinalis Toletañ. ac etiam
Cardinalis Hispaleñ. & Regis nuncupati Vlixboneñ. alijsque omnibus
& singulis Hospitalibus, in Regnis Hispaniarum consistentibus, eorum-
que officialibus, familiaribus, domesticis, commensalibus, seruitoribus,
etiam salariatis, & alijs personis, ac illorum bonis Hospitalium eorum-
dem respectu in genere concessis, & concedendis in omnibus, & per
omnia, per inde, ac si illa Hospitali Quinque Plagarum, & personis, ac
eorum bonis huiusmodi specialiter concessa fuissent, vt, & gaudere li-
bere valeant, per alias eorum literas etiam statuerat, ordinaverat: ac po-
tiori pro cautela Hospitale Quinque Plagarum huiusmodi cum omni-
bus eius bonis prædictis, & possessionibus in quibus vtile dominium
dumtaxat habeat, ac illius familiares, officiales, domesticos, commensa-
les, seruitores, etiam salariatos præfatos, & aliàs vtriusque sexus perso-
nas, tan clericos, quam laicos sub dominio dicti Hospitali, *Quinque Plá-
garum existentes, ipsiusque Hospitali Ecclesias ab omni iurisdictione, visita-
tione, dominio, & potestate, tan spiritali, quam temporalis, quoruncum-
que Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, ac aliorum ordi-
nariorum penitus, & omnino exemerat, & sub protectione beati Petri,
& dicti sedis susceperat, eidemque sedi immediatæ subiecerat, ita tamē*
quod

quod clerici in causis debitorum, & laici in omnibus preter quam in criminalibus coram ordinarijs ipsis, non obstante exemptione huiusmodi conveniri possent : in alijs vero vnus ex dictis prioribus quemlibet exemptorum huiusmodi respectius pro tempore eligendus iurisdictionem, etiam voluntariam in eos Apostolica autoritate pro tempore exerceret. Quodque dictum Hospitale Quinque Plagarum ad alium locum pro tempore mutari, & illius bona pro tempore in illius evidentem vtilitatem per eosdem Priores de licentia loci ordinarij, vel eius officialis per eum in id dicta autoritate prestanda absque alia eiusdem sedis licentia alienari valerent decreverat, prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Recondendæ me. Paulo Papæ III. similiter prædecessori *nostro pro parte* dilectorum filiorum economi, & protectorum, ac administratorum Hospitalis Quinque Plagarum huiusmodi, etiam exposito, quod licet ab eo tempore citra bona dicti Hospitalis Quinque Plagarum, literarum Clementis prædecessoris huiusmodi vigore, exēpta fuissent, vt prefertur: tamen ex eo quod verba in literis Clementis prædecessoris huiusmodi apposita, videlicet Hospitale huiusmodi cum omnibus eius bonis, & possessionibus in quibus vtile dominium dumtaxat habet eximimus, ab aliquibus indubium revocari poterat, *utrum* exemptio huiusmodi, etiam quo ad bona post concessionem literarum Clementis prædecessoris huiusmodi acquisita extenderetur: ac pro parte economi protectorum, ac administratorum prædictorum afferentium quod in Hospitali Quinque Plagarum huiusmodi plurima charitatis opera incessanter exercebantur, & pauperes alebantur ac magna Hospitalitas observabatur, eidem Paulo prædecessori humiliter fuit supplicatum vt in præmissis opportunè providere de benignitate apostolica dignaretur : præfatus Paulus prædecessor, qui votis illius per quæ Hospitalitatis manutentioni, et pauperum, ac aliarum miserabilium personarum piæ subventioni consuli posset, libenter annuebat, eaque favoribus prosequeretur opportunè, Leonis, & Clementis prædecessorum huiusmodi vestigijs inhærendo ad omne dubium tollendum, & vt Hospitale Quinque Plagarum huiusmodi, etiam ab eodem Paulo prædecessore aliquibus spiritualibus donis decoraretur, ac amplioribus favoribus, & gratijs incrementum susciperet, ac illius personæ pro tempore existentes pijs ad Deum præcibus fundendis maiori obligationi tenerentur, præfatos economum, protectores, & administratores, ac eorum quemlibet à quibusvis ex communicationis, suspensionis, & interdicti alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasio-

ne, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existerent, ad effectum infra scriptorum duntaxat consequendum absolvens, & absolutos fore censens. Ne non singularum literarum prædictarum veriores tenores pro expressis habens, huiusmodi supplicationibus inclinatus, sub datis videlicet octavo Kal. Novēbris, Pontificatus sui anno quinto-decimo, Literas Clementis prædecessoris huiusmodi quoad bona, quæcūque Hospitalis Quinque Plagarum huiusmodi in quibus dictū Hospitalis directum, seu plenum, aut vtile dominium quovis titulo habebat, seu haberet, & tam per eum tunc acquisita quàm in posterum acquirenda duntaxat dicta autoritate extendit, & ampliavit. Illaque ex tunc provt ex ea die, & contra sub dicta exemptione indifferenter comprehendit, ac libera, & exempta, & præfatæ, sedi immediatè subiecta modo, & forma præmissis fuisse, & existere decrevit. Ne non economos, administratores familiares, domesticos, etiam salariatos, servitores, procuratores, institores, & quascumque alias personas Hospitalis Quinque Plagarum huiusmodi cuiuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis existerent, ac illorum singulos eorumque bona spiritualia, & temporalia pro tempore existentes, & existentia ab omnimoda correctione, visitatione, iurisdictione, dominio, potestate, & autoritate quorumcumque Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac illorum locorum Ordinariorum dicta autoritate Apostolica exemptis penitus, & liberauit: illosque, & illa sibi, & pro tempore existenti Romano Pontifici, ac dictæ Sedi subiecti, & sub suis, ac Romani Pontificis, & sedis huiusmodi dominio, & protectione suscepit. Ita quod ex tunc deinceps ratione rei, de qua ageretur, aut delicti cuiuscumque, & cuiusvis contractus, ubicumque committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipsa consisteret coram alijs, quam dictæ sedis iudicibus delegatis ad iudicium trahi, aut inquiri, visitari, corrigi, vel puniri nullatenus possent: nec non exemptionem personarum, & bonorum per Clementem prædecessorem huiusmodi, vt præfertur factam, & concessam etiam, quo ad omnes, & singulas tunc, & pro tempore quomodolibet coram quibuscumque iudicibus Ordinarijs super quibuscumque rebus, excessibus, & delictis, in quibuscumque, etiam appellationum instantijs pendentes, causas intelligi. Ac in omnibus, & singulis causis civilibus, criminalibus, & mixtis Hospitalis Quinque Plagarum, & illius bonorum huiusmodi per quoscumque iudices, etiam dicta autoritate Apostolica deputatos, absque alio iudice adiuncto per administratores dicti Hospitalis Quinque Plagarum pro tempore deputato, pro vt eis videretur, pro-



4.

procedi non posse, nec debere, & processus, absque dicto iudice adiun-
cto pro tempore habendos nullos nulliusque roboris, vel momenti
fuisse, & esse. Nec non conserbatores, & executores, ac alios quoscum-
que eiusdem Hospitalis Quinque Plagarum, vel illius personarum hu-
iusmodi iudices Apostolicos de prædictis, & quibusvis alijs causis, etiã
si iudicalem indaginem requirerent, cognocere, illasque sine devoto ter-
minare: Et iudices ex adverso impetratos ad recipiendum sibi in adiun-
ctum alium iudicem per eosdem administratores, vt præfertur, depu-
tandum, per excommunicationes, alias que Ecclesiasticas sententias, &
censuras, ac etiam mille ducatorum auri Camerae Apostolicæ applican-
das, pœnas per quemlibet contravenientem eo ipso incurrendas, com-
pellere, ac in eventum competentia jurisdictionis causarum huiusmo-
di censuris præfatis, & desuper faciendis, inhibitionibus parendum esse
declaravit. Quodque Hospitali Quinque Plagarum, & illius adminis-
tratoribus, capellanis, & personis præfatis, vt quibuscumque Domini-
cis, & Paschatum, ac in Domini Nostri Iesu Christi, & eius Genitricis
Virginis Mariæ, ac omniũ Apostolorũ honorẽ observari solitis, festivitati-
bus, & diebus, & Dominica in Albis, in qua festũ vocationis hospitalis
Quinque Plagarum huiusmodi celebratur, & festivitatum eorundem
velperas dierum, & festivitatum eorundem inclusivè in Ecclesia dicti
Hospitalis Quinque Plagarum, etiam tempore interdicti ordinaria, vel
dicta Apostolica autoritate appositi, & cessationis à Divinis Missis, &
alia Divina Officia publice, etiam incantu, & apertis ianuis, excommu-
nicatis tamen, & interdictis inde exclusis, celebrare, seu celebrari face-
re. Nec non eisdem administratoribus, economis, familiaribus, servito-
ribus, omnibusque, & singulis alijs Hospitalis Quinque Plagarum hu-
iusmodi personis quod omnibus, & singulis priuilegijs, immunitati-
bus, exemptionibus, favoribus, concessionibus, prærogativis, indulgen-
tijs, & quibuscumque alijs gratijs Hospitali Sancti Spiritus in Saxia de
Urbe illius que familiaribus, servitoribus, ministris, & personis, per
quoscumque Romanos Pontifices, & ipsum Paulum prædecessores no-
stros, ac sedem præfatam sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cũ
quibusvis clausulis, & decretis concessis, confirmatis, & inovatis ad il-
lorum instar, & sine aliqua penitus differentia vti, potiri, & gaudere
possent, & valerent, eadem autoritate Apostolica concessit, & indulsit.
Necnon indulgentiam per Literas Clementis prædecessoris huiusmo-
di, etiam pro animabus in purgatorio existentibus, vt præfertur con-
cessam; etiam omnibus, et singulis alijs animabus præfatis pro quibus
ip-



ipsi Christi Fideles Ecclesiam Hospitalis Quinquē Plagarum huius-
modi, semel duntaxat, visitaret opitulari, & iuffragari posse, & debere
simili autoritate Apostolica declaravi: ipsamque indulgentiam quo ad
id etiam extendit, & ampliavit. Ac ipsius Pauli prædecessoris desuper
conficiendas literas de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentio-
nis defectu Notari, suspendi, vel revocari vlllo vnquam tempore, & ex
quavis causa non posse: sed semper, & continuo durare: sicque per quos
cumque quavis autoritate fungentes iudices Ordinarios, & Delegatos
sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi
facultate, & auctoritate iudicari, & interpretari debere: irritum quoque &
inane, si secus super his à quo quavis autoritate scienter, vel igno-
rante contingeret attentari decrevit, ac præfatis iudicibus ordinarijs sub
prædictis sententijs, censuris, & pænis, & per quemlibet contravenien-
tem (vt præfertur) incurrendis, ac amplius de causis exemptionum hu-
iusmodi se quoque modo intromittere deberent, districtius inhibuit.
Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostoli-
cis, cæterisque contrariis quibuscumque. Ne autem de absolu-
tione singulis exemptionibus, ampliacionibus exemptione, li-
beratione, subiectione, susceptio, concessione, indul-
to, declaratione, decreto, & inhibitione Pauli prædecessoris, huiusmodi
pro eo, quod super illis, dicti Pauli Prædecessoris eius superveniente
obitu, literæ confectæ non fuerunt; valeat quomodolibet hesitari, ac
Economus, administratores, protectores, & personæ Hospitalis Quin-
que Plagarum huiusmodi illorum frustentur effectu volumus, & si-
militer Apostolica autoritate prædicta decernimus, quod absolutio ex-
tensiones, ampliaciones, exēptio, liberatio, subiectio, susceptio, cōcessio,
indultū, declaratio, decretū, & inhibitiō Pauli prædecessoris huiusmodi
per inde à dicta die octavo Kal. Novēbris suum forciantur effectu, ac
si super illis præfacti Pauli prædecessoris literæ sub eiusdem die dat. cō-
fectæ fuissent, prout superius enarratur. Quodque præsentis literæ ad
probandum plene absolutionem, extensiones, ampliaciones, exemp-
tionem, liberationem, subiectionē, suspētionē, concessionem indultū
declarationē decretū, & inhibitionem Pauli prædecessoris huiusmo-
di ubique sufficiant, neque ad id probationis alterius adminiculum re-
quiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ
voluntatis, & decreta infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis
autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei,
ac beatorum Petri, et Pauli se noverit incursum. Dat. Romæ apud
Sanc-

5.

Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingen-
tessimo quadragessimo nono octavo Kal. Martij, Pontificatus nostri
anno primo. **QVO CIRCA** discretioni vestræ per Apostolica scrip-
ta mandamus quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel
alium, seu alius economo, Administratoribus, & personis præfatis in
præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciatis autoritate
nostra ipsas literas, et in eis contenta quæcumque plenum effectum
fortiri, et ab omnibus inuolabiliter observari, ac economum, admini-
stratores, et protectores, et personas præfatos, ac quoscumque alios,
quos literæ ipsæ quomodolibet concernuit illis pacifice frui, et gau-
dere: non permittentes eos desuper per ipsos locorum ordinarios, seu
quoscumque alios quomodolibet indebite molestari, impediri, aut
inquiari, contradictores quoslibet, et rebeles per censuras, et pœnas
Ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris remedia appellatione postposita
compescendo, ac censuras, et pœnas prædictas legitime super his ha-
bendis servatis processibus, etiam iteratis processibus, aggravando: in-
vocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij Secularis. Non ob-
stantibus omnibus supradictis, seu si eisdem locorum ordinarijs, vel
quibusvis communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum quod
interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apосто-
licas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de
indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Pe-
trum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo
quadragessimo nono octavo Kal. Martij Pontificatus nostri anno pri-
mo, **POST QVARVM QVIDEM** Literarum Apostolicarum præ-
sentationem, & receptionem nobis, & per nos vt præmittitur factas
fuimus pro parte dictorum dominorum economi, administratorum,
protectorum, et personarum principalium in præinsertis literis Apo-
stolicis principaliter nominatorum debita cum instantia requisiti,
quatenus ad executionem dictarum literarum, et contentorum in eis-
dem procedere dignaremur iuxta traditam, seu concessam à Sede præ-
dicta nobis facultatem, et autoritatem. Nos igitur Ioannes Baptista
Cicada Episcopus iudex, et executor præfatus attendentes requisitio-
nem huiusmodi esse iustam, et rationi consonam, volentesque man-
datum Apostolicum nobis directum, et concessum reuerenter exe-
qui, vt tenemur: idcirco autoritate Apostolica nobis commissa, et qua
fungimur in hac parte, præsentibus literas Apostolicas huncque nostrum
processum, ac omnia, et singula in eis contenta vobis omnibus, et sin-

gulis supradictis , quibus præsens noster processus dirigitur intima-
mus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram, et cuiuslibet vestrum
notitiam deducimus, et deduci volumus per presentes. Vosque ni-
hilominus, et vestrum quemlibet tenore presentium requirimus , et
monemus primo, secundo, tertio, et peremptorie communiter, vel di-
visim ac vobis, et vestrum cuilibet in solidum in virtute Sanctæ obe-
dientiæ, et sub infrascriptis sententiarum pœnis districte præcipiendo
mandamus quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem,
seu notificationem præsentium, ac requisitionem vobis, seu alteri ve-
strum desuper factas, et postquam pro parte dictorum dominorum
economi administratorum, protectorum, et personarum Hospitalis
Quinque Plagarum Hispalensis vigore præsentium super hoc fuerit-
is requisiti , seu alter vestrum fuerit requisitus immediate sequen-
tium, quarum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reli-
quos duos dies vobis vniuersis, et singulis supradictis pro tertio, et pe-
remptorio termino, ac monitione Canonica assignamus Economo, ad-
ministratores, protectoribus, et personis præfatis sibi in præmissis
efficacis defensionis presidio assistentes ipsas literas, et in eis contenta
quæcumque plenè effectum sortiri, et ab omnibus inuolabiliter ob-
servari iuxta dictarum literarum Apostolicarum, vim formam, conti-
nentiam, et tenorem prout ad vos communiter, vel divisim pertinet fa-
ciatis, et quilibet vestrum faciat. **INHIBEMUS** præterea vobis om-
nibus, et singulis supradictis, quibus huiusmodi noster processus diri-
gitur, et quibusvis alijs cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis,
vel conditionis existentibus ne præfatis dominis economo, administra-
toribus, protectoribus, et personis Hospitalis Quinque Plagarum His-
palensis principalibus super præmissis in aliquo impedimentum ali-
quod præsteris, seu præstent. Ac impediens ipsos detis, seu dent
auxilium, consilium, vel favorem, publicè, vel occulte, directe, vel in di-
recte quovis quæsito colore, vel ingenio: sed in omnibus, et per om-
nia mandatis Apostolicis atque nostris huiusmodi pareatis, seu pareant
realiter, et cum effectu. **QVOD SI FORTE** præmissa omnia,
et singula non adimpleveritis, seu distuleritis contumaciter adimplere
mandatisque, et monitionibus nostris huiusmodi, immo verius Apосто-
licis non parueritis realiter, et cum effectu nos in vos omnes, et singu-
los, qui culpabiles fueritis in præmissis, seu eorum aliquo, et generaliter
in contradictores quoslibet, et rebelles, ac impediens eosdem eco-
nomos, administratores, protectores, et personas Hospitalis Quinque
Pla-



Plagarum Hispalensis huiusmodi, vel eorum procuratores super præ-
 missis in aliquo, aut ipsos impediens dantes auxilium, consilium,
 vel favorem, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quovis quæsto
 colore cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis
 existant ex nunc prout ex tunc, et e contra singulariter in singulos præ-
 dicta sex dierum canonica monitione præmissa excommunicationis,
 in capitulo vero, ac Conventus, et Collegia, quæcumque in his forsam de-
 linquentes suspensionis à Divinis, et in ipsorum delinquentium, ac re-
 velium Ecclesias interdicti Ecclesiastici sententias ferimus in his scrip-
 tis, etiam promulgamus. CÆTERVM cum executioni præmissorum
 ulterius faciendæ nequeamus ad presens personaliter interesse pluri-
 bus alijs arduis in Romana Curia legitime prædicti negotijs, universis,
 et singulis dominis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, et
 alijs personis, in dignitate Ecclesiastica constitutis, necnon Metropolita-
 narum, et aliarum Cathedralium, ac Collegiatarum Canonicis,
 Parrochialium que Ecclesiarum Rectoribus, cæterisque viris Ec-
 clesiasticis, in quibuscumque dignitatibus, gradibus, vel of-
 ficijs notariisque, et tabellionibus publicis quibuscumque per Ci-
 vitem, et Dioccesem Hispalensem, ac alias vbilibet consti-
 tutis, et eorum cuilibet, in solidum super ulteriori executione dicti
 mandati Apostolici, atque nostri faciendæ autoritate Apostolica supra
 dicta tenore presentium plenarie commitimus vices nostras donec eas
 ad nos specialiter, et spere duxerimus rebocandas, quos nos etiam, et
 eorum quemlibet in solidum eisdem autoritate, et tenore requirimus,
 et monemus primo, secundo, tertio, et peremptorie communiter, vel
 divisim, eisque nihilominus, et eorum cuilibet, in virtute sanctæ obe-
 dientiæ, et sub excommunicationis pœna, quam in eos, et eorum quem-
 libet nisi fecerint quæ iubemus ferimus in his scriptis districtè preci-
 piendo mandamus, quatenus infra sex dies post præsentationem, seu no-
 tificationem presentium, ac requisitionem pro parte dictorum Econo-
 mi Administratorum, protectorum, et personarum huiusmodi Hospi-
 talis, eis, seu eorum cuiuslibet de super factas immediate sequentes, quos
 dies ipsis, & illorum cuilibet pro omni dilatione terminoque peremp-
 torio, ac monitione canonica præfigimus: ita tamen quod in his exe-
 quendis alter alterum non expectet, nec alius per alium se excuset ad
 vos omnes, & singulos supradictos, quibus presens noster processus di-
 rigitur, necnon ad Ecclesias huiusmodi personas, & loca alia de quibus
 vbi

vbi, quando, & quoties expediens fuerit personaliter accedant, & præfatas literas Apostolicas huncque nostrum processum, ac omnia, & singula in eis contempta, seu eorum substantiam, & effectum vobis omnibus, & singulis supradictis communiter, vel divisim legant, intiment, & fideliter publicare procurent, ac eosdem Economos, administratores, protectores, & personas præfatos Hospitalis Quinque Plagarum Hispaleñ. ac quoscumque alios, quos literæ præfatæ quomodolibet concernunt, sibi impræmissis efficacis defensionis præsidio assistentes absolutione, singulisque exemptionibus, ampliacionibus, exemptione, liberatione, subiectione, susceptione concessione, indulto, declaratione, decreto, & inhibitione, ac omnibus alijs, & singulis in præincertis literas Apostolicas contentis, pacifice frui, & gaudere: necnon prædictas literas Apostolicas suum plenum effectum sortiri, & ab omnibus inviolabiliter observari: non permitentes eosdem Economos, administratores, protectores, & personas præfatas per ipsos locorum ordinarios, & principaliter ordinarium Hispaleñ. eiusque officiales pro tempore existentes in qua Civitate Hispaleñ. prædictum Hospitale Quinque Plagarum consistit, seu quoscumque alios, quomodolibet, inde vite molestari, impediri, aut inquietari, & alias iuxta dictarum literarum Apostolicarum vim, formam, continentiam, & tenorem, provt ad eos communiter, vel divisim pertinet, faciant, & quilibet eorum faciet. ET GENERALITER omnia alia, & singula nobis in hac parte commissis plenarie exequantur iuxta prædictarum literarum Apostolicarum, & præsentis nostri processus continentiam, & tenorem, ita tamen quod ipsi, vel quicumque alius nihil in præiudicium Economi administratorum, protectorum, & personarum supra dictorum Hospitalis Quinque Plagarum Hispaleñ. huiusmodi valeant attentare quomodolibet in præmissis, nec in processibus per nos habitis, aut sententijs per nos latis absolvendo vel suspendendo aliquid immutare: in ceteris autem, quæ eisdem Economo, administratoribus, protectoribus, & personis quoquomodo nocere possint præfatis subdelegatis nostris, & quibusvis alijs potestatem omnimodam denegamus, & si contingat, nos super præmissis in aliquo procedere de quo nobis dictam potestatem reserbamus, non intendimus propterea comissionem nostram huiusmodi in aliquo revocare, nisi de revocatione ipsa specialem, & spresam in literis nostris fecerimus mentionem. Per processum autem nostrum huiusmodi nolumus nec intendimus iudicibus in præincertis literis Apostolicis depu-



7.

tatis in aliquo preiudicare quominus ipsi, vel eorum alter servato tamen hoc nostro processu in huiusmodi negotio procedere valeant, pro ut eis, vel eorum alteri visum fuerit expedire, preteratas vero literas Apostolicas, & hunc nostrum processum, ac omnia, & singula huiusmodi negotium tangentia volumus penes dictos Economum administratores, protectores, & personas principalis, vel eorum procuratores remanere, & non per vos, aut aliquem vestrum, seu quemcumque alium ipsis invitis quomodolibet detineri: contrarium vero facientes preteractis nostris sententijs, pro ut in his scriptis per nos late sunt preterdicta sex dierum canonica monitione pretermissa ipso facto volumus subiacere. ET NIHILO MINUS, si forte preterfati omnes, & singuli, quibus preterfens noster processus dirigitur omnia, & singula in presentis literis Apostolicis cetera observare, & adimplere, ac alias mandatis, & monitionibus nostris huiusmodi immo verius apostolicis parere recusaverint, seu illa distulerint, ac neglexerint contumaciter adimplere. Nos ex tunc gloriosissimum, ac invictissimum Dominum Dominum Carolum Divina favente clementia Romanorum Imperatorem semper augustum, ac Hispaniarum Regem Catholicum, eiusque successores pro tempore Reges Hispaniarum Catholicos, ac quoscumque alios dominos, & Principes, Comites, Duces, Marchiones, varones, ceterosque nobiles in Regnis Hispaniarum, & alijs quibusvis locis, seu civitatibus iurisdictionem temporalem quomodolibet exercentes, eorumque, & cuiuslibet ipsorum loca tenentes, ac eorum quemlibet tanquam Religionis, & Fidei Christiane defensores, ex parte preterlibati Domini nostri Papae requiramus, & monemus, ac ex nostra autoritate rogamus quatenus ipsi, & eorum quilibet postquam pro parte dictorum Economi, administratorum, protectorum, & personarum principalium Hospitalis Quinque Plagarum Hispanie huiusmodi fuerint requisiti, seu eorum alter fuerit requisitus per se, vel per alium, seu alios ut veri Catholici sui in hac parte officij dextram extendens infra sex dies post presentationem, seu notificationem preterinfertarum literarum Apostolicarum, ac requisitionem eis, seu eorum alteri desuper factas immediate sequentes, quoscumque in pretermissis contradictores, & rebelles, ac eorum quemlibet, pro ut in his culpabiles fuerint, qui sic iudicium, & censuram Ecclesiasticam neglexerint, & contempserint per captionem, & quemcumque alium modum Canonicum, qui eisdem dominis temporalibus, & eorum officialibus videbitur expedire autoritate nostra, immo verius Apostolica preterdicta compellant, etiam manu forti absque tamen

grabi lēssione corporum eorūdem vsque ad integram partitionem
omnium, & singulorum in presentis literis Apostolicis, ac presenti nos-
tro processu contentorū, ac alias ipsos in obedientes, & reuelles, ac co-
rū quemlibet astringant potentia brachij secularis donec ad obedien-
tiam Sanctę Matris Ecclesię redeant, & processui nostro ante dicto pa-
ruerint beneficiū quocūque absolutionis à supradictis sententijs, cēsu-
rijs, & penis meruerint obtinere. Mādamus tamē copiā fieri de prēmif-
sis eā petentibus, & habere debentibus, petentiū quidem sumptibus, &
expensis. Absolutionem vero omnium, & singulorum, qui ante dictas
nostras sententias, seu earum aliqua incurrerint quoquomodo nobis,
vel superiori nostro tantummodo reservamus. **IN QVORVM**
omnium, et singulorum fidem, et testimonium prēmisorum pręsen-
tes literas, siue pręsens publicum instrumentum processum nostrum
huiusmodi in se continentes, siue continens, ex inde fieri, et per vnum
ex dictę nostrę Curię Notarijs infrascriptum subscribi, et publicari
mandabimus, sigilique nostri, quo in similibus vtimur iusimus, et feci-
mus à pensione communiris. Dattum, et actum Romę in domo habi-
tationis nostrę solite residentię sub anno à Natiuitate Domini mille-
ssimo quingentesimo quinquagesimo primo in dictione nona die
vero vigesima septima Aprilis, presentibus ibidem Discretis viris Do-
minis Gaspare Pagano, et Ludovico Reideri dictę Curię Notarijs testi-
bus ad pręmissa vocatis specialiter, atque rogatis. Et ego desiderius
bonaanena Curię causarum Cameraę Apostolicę Notarius pręmissis
omnibus, et singulis pręsens, et de isdem rogatus fuit, ideo pręsens in-
strumentum publicum subscripsi, et publicauit in fidem pręmissorum
requisitus. Loco ✠ sigilli pendentis. Loco ✠ signi.

Y assi sacado el dicho traslado de la dicha Bula original, y pro-
cesso fulminado, visto todo por el dicho señor Dean, Juez Apostoli-
co, Conservador del dicho Hospital, dixo: q̄ en èl interponia, è interpu-
so su autoridad, y judicial decreto, para que valga, y haga fee en juizio,
y fuera del, quanto puede, y ha lugar de Derecho. Y mandò, que
qualquiera Impressor de esta Ciudad imprima esta copia, y traslado; y
assi lo proveyò, y mandò, y firmò su Señoria. Doctor Don Francisco
Domonte y Verastegui. Licenciado Don Andres Palomo Curado,
Notario Apostolico,

Eyo



E yo Don Andres Palomo Curado, Presbitero, Notario Apostolico, por autoridad Apostolica, y Ordinaria, vezino de esta Ciudad de Sevilla, presente fui a lo aqui contenido, y este traslado concuerda con su original, de donde fue sacado, y en fee dello lo signo, y firmo, e fize mi signo. ✕ Eo testimonio de ver. Licenciado Don Andres Palomo Curado, Notario Apostolico.

Concuerda Este Traslado con su Original que para En la
Spua este Año Hosp! de la Sangre, la qual Este
a mi Inspeccion y Cuidado Como Not. y Sec. de
me Oficio Sec. y Sep. de 1780 a.

Don Thomas Joseph Rubio
Not. y Sec. de



